

**RESPONSIO AD**  
**CALVINVM ET BE-**  
**ZAM, PRO FRAN-**  
**cisco Balduino**  
**Iuriscons.**

**CVM REFUTATIONE CAE**  
*luminiarum, de Scriptura &*  
*Traditione.*



*dela libr.*

**COLONIAE**  
**Apud Wernerum Richwinum.**  
**Anno 1564.**

*V E R*



Coll. Soc. Illigalm. ex dono R. T. M.

# F R. BALDVI

N V S I O. C A L-  
V I N O S.



Vnquam ad te scribo, Ioannes Caluine, nisi prouocatus atque etiam coactus: ne que vñquam ad te scribere instituo, quin statim mihi in mentem multa veniant abs te scripta, quæ vt me & te admoneam, imprimis repetenda esse sentio. Aliud alio tempore occurrit. Nunc familiariter & bona tibi dicam fide, quid superioribus fortè diebus, cum mihi ad te scribendum etiam inuito esset, sc̄e obtulerit. Soleo mane, antequā ciuilibus studijs me dedam, aliquid ex sacris literis delibare. Cum legerem Micheam prophetam, primum occurrit quod fulminat aduersus eos, qui ædificant (vt ait) Sionem in sanguinibus: deinde cum reliqua persequeret, recordatus sum non temere te in vna aut altera eius prophetæ prælectione admonuisse, Eum (vt ait) docere, non armata manu, neque vi gladij subigendos esse populos, sed verè esse & penitus reformatos, vt se Deo subiiciant, vt coalescant in corpus Ecclesiæ.

34

# MICHAEL FA-

BRICIVS LE-

ctori, S.



VM superiorib<sup>o</sup> annis e-  
ditus in Germania fuisset  
libellus de officio pij &  
tranquillitatis verè aman-  
tis viri in hoc religionis  
dissidio, notum est, qua-  
les, quantasque propterea turbas in Gallia  
excitarit Caluinus, edita famosissima, si-  
mul & furiosissima declamatione in Fran-  
ciscum Balduinum Iurisconsultum, quem  
illius libelli auctorem fuisse, sineulla vel  
causa vel conjectura probabili, fingebat  
homo nimium indulgens inteperanti suæ  
melancholiæ, & simul incitatus, partim Be-  
zanospiritu, partim Ottomânicō flabello:  
ut hi Lucianici irrisores seni magistro lu-  
benter illudunt, & quē adorant, dant p̄-  
cipitem. Balduinus miratus se peti, cùm  
neque in talibus scriptis versaretur, neque  
illius libelli auctor subscriptörve esset, mo-  
destissimè respondit, eum nihil ad se perti-  
nere. Itaque grauem sibi iniuriam fieri. Cu-  
ius etiam iniuriæ quodnam iudicium esse

E 3      deberet,

134

# EX FR. BAL: DVINI COMMENTA: RIIS RERUM ECCLE=

sisticarum.



E quibusdam & dogmatibus  
& ritibus Ecclesie nunc que-  
stio est. Est tamen (sires recte  
estimetur) potius questio fa-  
cti, quam iuris. Queritur, an  
hoc aut illud Apostoli docue-  
rint uel mandarint. Hoc ubi constat, non dubium es-  
t id esse bonum, iustum, pium, religiosum: propter eaq;  
credendum & faciendum esse.

Constat in causa religionis, Deum, cuius ueluti  
causa agitur, Iudicem esse debere: quia & quod uult,  
credendum sit, & is sit colendus eo modo, quo uult.

Hanc DEI uoluntatem, hocq; iudicium, ex eius  
verbbo, quo suam sententiam exposuit, recte repeti.

Eius uerbi præcones & testes, ut Prophetas, sic III.  
& Apostolos potissimum fuisse.

Eos, cum Ecclesiam Christi collegerunt & eru-  
dierunt, fideliter illi annunciasse et exposuisse, quic-  
quid DEVS ipsi mandarat, & cuius cognitio erat ne-  
cessaria ad hominum salutem.

Præcipuo ex Apostolis summa & præcipua car

v,

Q. 2 pita